



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

VIRI
 NOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE
 EXCELLENTISSIMI
**DAVIDIS THEODOSII
 LEHMANNI**

POES. P. P
F V N V S
 SOLEMNI LVGVBRIQVE OFFICIO
 PROSEQVITVR
ORDO PHILOSOPHORVM

VI KAL. MARTIAS
 A. R. G.
 ∞ 15 CC XV

VITEMBERGAE
 PRELO SCHROEDERIANO



Legibus latis, grauiore Musa,
Atque curato Themidis rigore,
Maxime doctis Draco praedicatur
Clarus Athenis.

DIVE, Te, linguis celebrem, **LEH-**
MANNE,
Occidens quas ac Oriens amauit,
Saxonis iussis, habuit Poetam
Leucoris alma.

Maximus dicit Tyrius, Draconis
De Diis legem docuisse nullam,
Candor at mox Porphyrii dolorum
Arguit istum.

In Tua Musa Pietas priores
Occupat sedes, aliud nec ullum
Vltimas certe mediae suae parteis
Obtinet unquam.

Atticus uates celebratur, omnis,
Quod Deos, cunctos hominesque
spectat,
Iuris, ac artis bene iudicandi,
Esse peritus.

Cognitas uerum Tibi res fuisse,
Quas amat doctus, sapiensque, norunt,
Larga formauit Tua quos perite
Copia fandi.

Abrogat leges pia mens Solonis,
Quas tulit saeuus Draco, quasque mitis
Demadis uerbum uoluit, fuisse
Sanguine scriptas.

Quae dedit contra monumenta nobis,
Temporis paruo spatio, parata
Indoles scite Tua, non tacebunt
Saecula cuncta.

Plebis aut plausus tunicis Draconem,
Aut furor iustus, miserum in theatro,
Tum quod Aeginae cupide uidebat,
Enecat amplo.

Numinis magnus fauor euocauit
Te, per ingentem febris heu! LEHMANNE,
Impetum, terris, et ad ampliora
Gaudia duxit.

Haec Patris magnos minuunt dolores,
Haec Propinquorum reprimantque
luctum,
Numini Diuus, facie uenusta,
Carmina pangit.

Vltimum, si ius modo fasque nobis
Effet, et Diuo, ualeas, precamur,
Ac cubent, multis bene lassae curis,
Molliter ossa.

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



VIRI
 NOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE
 EXCELLENTISSIMI
**DAVIDIS THEODOSII
 LEHMANNI**

POES. P. P
F V N V S
 SOLEMNI LVGVBRIQVE OFFICIO
 PROSEQVITVR
ORDO PHILOSOPHORVM

VI KAL. MARTIAS

A. R. G.

∞ 15 CC XV

VITEMBERGAE
 PRELO SCHROEDERIANO

